

Ma infine, asserendo i Visconti che il capitano della Lega « non era venuto al campo » d'onde e da quello lato d'onde era « prima e d'onde » credevano che « venisse », nulla si fece.

Senonché avvenivano ogni di scararmucce feroci, nelle quali avevano il vantaggio sempre le truppe della Lega.

Il 24 giugno, secondo un'antica usanza, i Fiorentini corrono il palio.

Senza più passare l'Adda, ed essendo l'esercito in grandissima necessità, l'Hawkwood deliberò di tornar indietro, reputando d'avere già riportata la vittoria, perchè il nemico lungi dall'accettare battaglia aveva sempre avuto la peggio.

non habeo. interea nostri, quo liberius frumentatum quesitumque pro equis pabula ire possent, parumper retrocesserunt. ea res detrectandi pugnam, ut qui forte vel metu vel iniussu sui principis id facere non auderent, causam hostibus dedit, asserentibus ^(a) se non teneri iure belli ad ineundam pugnam nisi ad eundem locum a quo indictum ^(b) eis fuerat; castra signaque referrent. hac frivola interveniente exceptione, res infecta desiit. nunquam tamen inter hec cessatum est quin quotidie pugnaretur. ea autem fuit et virtutis et necessitatis tam efficax violentia, ut semper cum maiori hostium strage et manifesta victoria in castra nostri regrederentur. illi vero, ut diminutione continua nostros debilitarent, captivis omnibus, quos raro ^(c) admodum nisi insidiis capiebant, equis armisque sublati, ne ad exercitum redirent, imperabant ^(d). qua quidem inutili industria parum profecerunt ^(e), nam nostri cautiores animosioresque redditi, dum omnibus viribus pugnant ne captivi sint, hostes ^(f) capiunt, et castra inutilibus eisque qui non ducerent turpe capi purgata sunt. per eos dies ^(g), dum Ioannis Baptiste ^(h) solemnitas denuo adesset ⁽ⁱ⁾, ut est de vetusta Florentinorum consuetudine, ludum certamenque equorum instituunt ⁽ⁱ⁾. gemini sonipedes premium cursuum ^(k) propositi sunt, omniaque celebriter et letis animis peracta. tantum sibimet in aliena patria iure belli permiserunt ^(l), tantumque inter armorum insultus et hostium multitudinem animi servabant.

Omissa deinde intentione transgrediendi Abduam, nichil iam reliquum spei cernentes, cum et hostes pugne se committere nollent et urbes oppidaque suis munita presidiiis aditum negarent, neque iam quod satis futurum videretur victui nostris ^(m) superesset, redeundi propositum ineunt, satis amplam nactos se existimantes victoriam, quod iam tertio mense in agro sinuque hostis victores steterint, et eo quidem tempore quo fortior ⁽ⁿ⁾ et copiarum abundantior esse debuit; quod hostes ^(o) numero superiores ad pugnam

(a) C asserentibus eis Mur. asserentibus illis non teneri se (b) Mur. Indicta (c) P Ra raros (d) B G P Ra impetrabant (e) Mur. proficiunt (f) B captivi sint hostes (g) Mur. per hos dies (h) Mur. annua Baptistae (i) P constituunt (k) C Mur. cursus (l) Mur. permiserant (m) Mur. satis futurum videretur nostris (n) Mur. quo et fortior (o) Ra quodque hostes

(1) Il 24 giugno, festa della Natività di san Giovanni Battista.